



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

ACTA  
DE SYNODALI ACCVSATIONE  
ET EXPVRGATIONE POLYCHRONII  
HIEROSOLYMITANI EPISCOPI,  
ROMÆ HABITA SVB PONTIFICATV  
Sixti III.

Hunc indiculum collegit Archidamus presbyter, & quasi in chartaceum ecclesiæ collocavit.

- VII. *De Polychronio episcopo Hierosolymitano, eo quod ecclesias & manus impositiones cum premio, & muneribus consecraret.*  
VIII. *De accusatione Euphemii aduersus Polychronium pontificem suum.*  
IX. *De expulsionem Polychronii extra ciuitatem.*  
X. *De obsessa Ierusalem fame, & inopia paupertatis, & de Polychronio, eo quod prædia ecclesiæ in pauperes, vel populo erogasset.*  
XI. *De occursum Synodi, & de relatione Polychronii episcopi.*  
XII. *De directâ epistola ad urbem Ierusalem.*

DE  
POLYCHRONII HIEROSOLYMITANI  
ACCVSATIONE ET EXPVRGATIONE,  
TEMPORE SIXTI PAPÆ III.

CAP. VI.

Erat quidem sacerdos nomine Polychronius, episcopus Hierosolymitanus. Hic per imprudentiam senectutis dicebat, quod Ierusalem prima sedes esset, & ore superbo, & quasi superiorem affirmabat se pontificem esse, & summum sacerdotem, & quasi in sua senectute semper in fidentia corroboratur, ita ut acciperet remunerationem & ordinaret presbyteros & diacones, & nisi accepisset

*Concil. Tom. 7.*

CAP. VI.

Erat quidem sacerdos nomine Polychronius, id per imprudentiam dicebat, quod Ierusalem prima sedes esset, & ore superbo, & quasi de superiore affirmabat se pontificem esse, & summum sacerdotem, & quasi in senectute sua semper in sua fidentia corroboratur, ita ut acciperet remunerationem, & ordinaret presbyteros, & diacones. Et nisi accepisset satis dignum munus, non ordinabat episco-

D

fatis dignum munus, non ordinabat episcopum: & quia quodei, prout videbatur opulencia, quod Canon vrbis damnauit, diaconos Æthiopes, & Ægyptios in suo gremio ordinabat, & ecclesiam quamlibet sicubi in eius regione parochiarum ad dedicandas rogaretur, non dabat auctoritatis suæ faculam, nisi decem librarum auri accepisset remunerationem. Nam clerus omnino vrbis Hierosolymitanæ non ascendebat gradum suum currens, nisi dedisset remunerationem.

Hoc audito Sixtus episcopus vrbis Romæ conuocauit vniuersam Synodum episcoporum vel presbyterorum Romanorum, clerofque in basilicam Constantinianam, & ibi sedens cum episcopis, clerumque adstantem omnem de vrbe Roma intimabat eis Polychronium Hierosolymitanum. Quod Canon catholicus calcauit, vel Apostolus testatur: *Gratis accepistis, gratis date.* & vniuersum velamen cordis eius, & qui alios ciues, quod non licet, ad ordinem sociabat ecclesiæ Hierosolymitanæ. Et quod vniuersas ecclesias cum præmio, & muneribus consecrabat.

Matth. 10.

pum, & quia quodei prout videbatur opulencia, quod Canon vrbis damnauit diacones Æthiopes, & Ægyptios in suo gremio ordinabat, & ad ecclesiam quamlibet sicut in eius regione parochiarum ad dedicandas ecclesias rogaretur, non dabat auctoritatis suæ faculam, nisi decem librarum auri accepisset remunerationem. Nam clericus omnino vrbis Hierosolymitanæ, non ascendebat gradum suum currens, nisi dedisset remunerationem.

Hoc audito, Sixtus episcopus vrbis Romæ conuocauit vniuersam Synodum episcoporum, & presbyterorum Romanorum, clerofque in basilicam Constantinianam, & ibi sedens cum episcopis cleroque adstante omni de vrbe Roma, intimabat eis Polychronium Hierosolymitanum, quod Canon calcauit, vel Apostolus testatur: *Gratis accepistis, gratis date.* Et intimauit eis vniuersum velamen cordis eius, quia alios conciuies quod non licet, ad ordinem sociabat ecclesiæ Hierosolymitanæ. Et quia vniuersas ecclesias cum præmio, & muneribus consecrabat.